

Sammelband

Zur
Gräfl. vom Hagen'schen
Majorats - Bibliothek




MÖCKERN
gehörig.

N^o **1399**







THEOLOGIA
DE NATURA
HUMANÆ
EX GEN. IX. 6.

DE NATURA
HUMANÆ
EX GEN. IX. 6.

DE NATURA
HUMANÆ
EX GEN. IX. 6.



DISSERTATIO THEOLOGICA,
DIGNITATEM NATURÆ
HUMANÆ
EX GEN. IX. 6.

QUI SQUIS
EFFUNDIT SANGUINEM HOMINIS,
PER HOMINEM SANGUIS ILLIUS EFFUNDITOR:
QUONIAM
AD IMAGINEM SUAM HOMINEM FECIT DEUS,
DEMONSTRANS.

PARS PRIMA

QUAM
ADNUENTE SUPREMO NUMINE,
IN ACADEMICO AUDITORIO MAJORE
DIE I. AUGUSTI MDCCLXIII. H. S.

PUBLICÆ DEFENDENT
PRÆSES

PETRUS JANSSEN,

SS. THEOL. DOCT. EJUSDEMQUE ET HISTOR. ECCLES.
PROFESSOR PUBLICUS ORD.

ET RESPONDENS

JOH. ANDR. GODOFR. CHARLIER,
VESALIA CLIVENSIS.



TEUTOBURGI AD RHENUM,
TYPIS FRANCISC. ADOLPH. BENTHON,
ACAD. TYPOGR.

DISSERTATIO THEOLOGICA
DIGNITATEM NATURAE
HUMANAE

EX GEN. IX. 6.

PER HOMINEM SANGUIS ILLIUS EST MISSUS
AD IMAGINEM SUAM HOMINEM NEQUE DEUS
DEMONSTRANS

PARS PRIMA

IN ACADEMICO AUDITORIO MAJORE
DIE I AUGUSTI MDCCCLXIII. H. S.

PETRUS JANSEN
PUBLICE DEFENSIT

IOH. ANDR. GODOLF. CHAMBERLAIN

TEUTOBURGI AD RHENUM
Typo FRANCISCO ADOLPH. BENTHON
CAR. TYDOL



SERENISSIMO AC POTENTISSIMO
PRINCIPI,
DOMINO
FRIDERICO II.
REGI BORUSSIÆ,
MARCGRAVIO BRANDENBURGICO,
S. R. I. ARCHICAMERARIO ET ELECTORI,
SUPREMO UTRIUSQUE SILESIÆ
ET GLACENSII DUCI
MULTARUMQUE ALIARUM TERRARUM
PRINCIPI ET DOMINO,
DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO,
POST
CONCESSAM ADVERSARIIS INCOMPARABILI
ET DIVINA
QUADAM INDULGENTIA PACEM,
REDDITAMQUE HUIUS BENEFICIO
MUSIS VITAM
HASCE REDIVIVARUM EXERCITATIONUM ACADEMICARUM
PRIMITIAS
SACRAS ESSE JUBET
TUNC ETIAM, CUM GRATIS REFERENDIS
SE SENTIT IMPAREM MAXIME,
MAXIME ET MODIS OMNIBUS PRODERE EAS
ET
SIGNIFICARE GESTIENS ARDENSQUE,
PIETAS.

An
Se. Königliche Majestät.

Die Lorber, grosser Fürst, deren
Meng das Haupt begräbt,

Die müssen nicht allein der Erden-Kreis entzücken,
Die Himmel-Welt verehrt ihr'n Glanz mit holden
Blicken:

Wollt dran kein Tropfen Bluts, um Rache schreiend,
fleht,

Er. Königlichen Majestät

allerunterthänigst, treuegehorfamster
Diener

Pet. Janssen.



AD LECTOREM.

Sanctio divina, quæ exstat Gen. IX. 6. & sanguinem ejus, qui hominis sanguinem effundit, vicissim effundi jubet, addita ratione, quod Deus ad imaginem suam creavit hominem, omni tempore eruditorum hominum, tum Jurisconsultorum, tum Theologorum, ingenia exercuit. Estque profecto graves ob causas digna, quæ curate expendatur, ad liquidumque exploretur. Sanctio ipsa nihil habet difficultatis: sed non æque aperta & perspicua est Ratio, quam Sanctioni addidit sapientissimus Legislator, ad ejus insinuandam & sentiendam illico Justitiam & Æquitatem. Subire ideo debuit complurium & diversarum, ut in obscuris fieri solet, explicationum aleam: ubi unus hac, alius alia, via nexum istum enodat. Quia vero in enodationibus istis notam veritatis, quæ in addita ratione argumentum requirit ad convincendum & sufficiens, & expromptum, planeque evidens, desiderari videbam; iterum iterumque hac de re cogitavi, tandemque, sed tarde, amplexus sum expositionem, quam hac in Commentatione propono. Lætus deinceps comperi, fuisse jam inter priscos Ecclesiæ Doctores, quos *Patres* nominamus, quibus in mentem jam venerat interpretationis hujus substantia, ab eaque non abhorreere Cl. *Vogelsangium*, Theologum Sylvaducensem eruditum & perspicacem, cujus in ipsa tractatione repræsentato verba. Non, credo, quisquam negabit, istac, quam heic promo & defendo, explicatione humanam eo usque nobilitari atque extolli naturam, ut vix possit magis, eidemque ex hoc capite & respectu honorem convenire & dignitatem,

A

tem,

Præfatio.

tem, quæ summo non minus ac dilucido jure violationem ejus prohibeat, & destructionem per illatam necem proposito gravissimo supplicio coerceat, eodemque, de voluntario percussore sumendo, vindicet.

Consequentia, quam hoc loco inde solummodo facio, non sane longe positam, itaque manifestam, ut manu teneri possit, hæc est, tremendam esse descendamque maximopere Principum eorum, qui susceptis temere bellis offensivis in causa sunt, ut permultorum millium, quin myriadam, hominum sanguis fundatur, sortem & conditionem.

Confido, dum nemo fere est, quin Belli, nuper gesti, Pacisque, magnitudinem, novis dignisque argumentis non d'cam illustrare, sed admirari contendat, mihi Theologo non in malam versum iri partem, quod Consideratione theologica Belli hujus, Hilaritatumque, ex notabili, felice, glorioso, ejus Exitu & diremtione natarum, Justitiam & Innocentiam admirando, communi jubilantium adfectu, tanquam flumine, abreptus, privatam meam læticiam publice profiteri non verear, profundissima cum veneratione adorans Domini omnium rerum & Moderatoris Providentiam, quod REGIS Clementissimi causam tam clara circumdederit luce, quæ a belli cruentissimi, de cuius fine immortales Deo debemus & agimus gratias, concitatione liberum omnino esse Integerrimum REGEM, minime sinit latere: Idem ipsum in mero ponente die, nihilque hac de re & ne umbram quidem relinquente dubitationis, Pacis, a REGE Victore Parti adversanti data, historia, nequaquam ad novas conquiendas provincias, quas, si unquam, sperare non tantum, sed fere despondere sibi potuif.

Præfatio.

potuisset, si bellum vel paulisper adhuc voluisset persequi, sed ad istas unice, quas possidet, tuendas, imminentesque invasiones repellendas, ad bellum hoc difficillimum gravissimumque REGEM Optimum descendisse, ita palam faciente, ita in omnium defigente oculis, ut censendus sit in sole caligare, qui id non videat.

Hoc, hoc, gaudium de fortunis nostris omnibus partibus & numeris facit perfectum, cunctamque ejus vim & ineffabilem dulcedinem, sine ullius tædii interpellatione, præbet persentiendam: uti contrarium effecturum esset, ut fidelium Subditorum, REGEM suum vere amantium, vota que sua pro Salute Ejus cum æternitate colligantium, animi inter splendidissima etiam effusissimaque lætitiarum signa non sane omni omnino ægritudine forent exempti. Ecquis vero, uti de Puritate apertum & manifestum est id neminem facere posse, nisi in eorum, qui lucem vocitant tenebras, aut quos atra vexat bilis, aut nigra succus liginis penitus obsidet, adgregari velit numerum, sic de Magnitudine, de Sinceritate, gaudiorum dubitabit nostrorum?

Optimum REGEM, Patriæ & Populorum, Ipsi subjectorum, Patrem, contra quem ex omnibus fere orbis Europæi partibus, ex ultimis angulis & finibus, formidolosissimi excitabantur & consurgebant Exercitus, posteaquam prodigiosa Virtute sua & Sapientia omnes omnium hostium suorum machinationes, consilia, incurfus omnes, fregit & Altitudinem mentis suæ, vere Regiæ, Magnitudinemque invincibilis, ipsoque sub pondere, Palmæ instar, crescentis, Animi, concatenatis complurium annorum Speciminibus, in lucem protulit, Optimum, inquam, REGEM,

Præfatio.

composito jam & Pace gloriosa finito Bello, videmus infinitis laboribus, qui vel duodecim delassare potuissent Hercules, liberatum: videmus maximis periculis, apertis, occultis, carissimam Ejus & inæstimabilem Vitam cingentibus, exemptum: videmus loco detrimenti, lassitudinis, attenuationis, depressionis, quam multitudo hostium inevitabilem esse, sibi persuadebat, novis auctum Decoribus, inque summum Virtutis & Gloriæ fastigium evectum; ut duris consa bipennibus illex, ab ipso ducit opes animumque ferro: videmus Laureis redimitum, non istis, quas immensa dominandi dominatumque proferendi libido usurpat subinde, sed quas una sola & solida parit Virtus, mascula illa Virtus, Comitem & Ducem semper habens Sapientiam, cujus Symbolum est, nec temere, nec timide; Virtus, veritiarum injuriarumque non textrix, sed Propulsatrix; Virtus, Juris, Libertatis, Religionis, Salutis publicæ, non vexatrix, sed Altrix, sed magnanima Defenstrix; Virtus tandem, incontaminatis fulgens Honoribus, nec Laureas in laude ponens, nisi humani sanguinis, temere profusi & vindictam clamantis, puras.

Hoc, hoc, nec non Belli, duri profecto, si quod unquam, & calamitosi, ad disperdendum atterendumque comparati, maximo animorum æstu, incredibilique nervorum & virium omnium contentione, per sex annos, & quod excurrit, gesti, at nunc profligati penitus, nunc a cervicibus, a visceribus nostris, depulsi, repræsentatio, efficiunt, ut denuo vivere incipiamus, ut & hodie etiamque gaudeamus, ut lætitia gestiamus, exultemus, triumphemus: quemadmodum gaudent & lætitia exsiliunt, qui ex squalido & tenebricoso carcere, ex catenis crepantibus,

ex

Præfatio.

ex stringentium vinculorum angustiis, se ereptos, qui post diurnam, sed domitam tandem & superatam, tabem, a finibus, e complexibus, mortis se retractos, aut qui gladium, jugulo imminentem, repulsum & dejectum vident.

Et quid dico, *hodie*. Occidet nunquam apud nos, nunquam in nobis, hæc lætitia, causarumque hujus lætitiæ recordatio. Incredibiles illæ Res, quas rerum omnium præpotens Deus per Borufforum Salomonem, incomparabilem tum pacis tum belli Operibus & Monumentis, FRIDERICUM, nostra memoria perfecit, in ære, in pilis lapideis, in monumentis, ære saxisque perennioribus, incidantur: aureis characteribus in commentariis rerum, nunquam & nusquam visarum, nunquam & nusquam auditorum, conscribantur. Enarrent eas patres matresque liberis suis, & hi rursus liberis suis, & liberorum suorum liberis, ut vivat & vigeat apud ferissimos posteros earum celebratio ad finem usque dierum.

Cum primis nos, qui fruimur exoptatissimis magnorum Magni REGIS nostri Laborum fructibus, merito lætamur merissimo penitissimoque gaudio, ora nostra in hilares rissus, linguas in flumina laudum & gratiarum actionum, diffundente.

Corda, oculos, manus, sursum attollimus ad Montes, unde auxilium & salus ad nos descendit, cum propter complicatam hostium potentissimorum, qui in unius REGIS conspiraverant attritionem, vim & multitudinem, undique terrarum & gentium concitatam conglobatamque, de REGIS, ut ut præsidii Sapientiæ, Virtutis, Fortitudinis, præcellentissime instructi & communiti omnibus, futura ex tot tantorumque Exercituum, dextrorsum, sinistrorsum, a
A 3
fron-

Præfatio.

fronte, a tergo, invadentium, terrasque extremas, præfidiis nudatas, occupantium facile, indeque in alias, eis conterminas, quin in ipsam Regiam Sedem, penetrantium, concursu atque indagine, continuisque mox in hanc mox in aliam partem impressionum turbinibus, extricatione fere desperaretur, & Viris quoque fluere animus inciperet, oculisque, acie alias non destitutis, caligo offundi: ut quod residuum erat spei recumberet unice in Dei, justæ Uncti & Servi sui causæ, aut potius suæ ipsius & Ecclesiæ causæ, non defuturi, auxilium.

Horret etiamnum animus, generalem Protestantium consternationem, ingentes pavores, & pavorum horum causas, revolvens: istis, qui ad Sacrorum, a fecibus superstitionis repurgatorum, everisionem bellum hoc spectare sibi persuadebant, in sinu gaudentibus. Nihil æque conturbatos penetrabat fodicabatque, quam cum hostes, multitudine sua fretos & ferocientes, de capto contra REGEM proposito, certo certius exsequendo, immo tanquam de re confecta jam & peracta, gloriantes audiremus.

Tanto justius & copiosius collaudamus & celebramus animis lætantibus voceque erecta & concitata summi Reſtoris omnium rerum & Domini Numen, qui nobis hunc fecit Diem, quo cum gaudimonio de Victoria canitur in tabernaculis Justorum, Læticia & Pax florent supra capita nostra, luctus, dolor, gemitus, capiunt fugam, detergantur ab oculis lacrymæ. Deo gloria in excelsis, Deo salutis nostræ, Deo exercituum, qui Unctum suum, REGEM nostrum desideratissimum, cum hostes Ipsum velut apum agmina circumfunderent & configere contenderent, modis admirabilibus jovit, imperterrito, infatigabili, animo, incredibili-

Præfatio.

dibili corporis & mentis robore ac firmitate, succinxit; ut inter scediffimæ tempestatum tumultus, fragores, turbines, impulsus, horrores, perstaret Marpesia veluti, aut Marpesiæ similis, cautes, quam fluctuum, undique & undique concitatorum, montes quatiant, subindeque quasi obruere videntur, sed qui omni hoc furore suo, violentia & æstu omni, nihil efficiunt aliud, quam ut se ipsos frangant elidantque.


Supplices oramus Deum, qui in cælis est, & quidquid placet, facit, cujus Majestas vibrat & viget supra omnia, qui Justus est in omnibus viis suis, & Beneficus in operibus suis omnibus, qui facit voluntatem eorum, qui ipsum reverentur, & audit eorum supplicationes, qui tuetur omnes, qui ipsum amant; sed fabricas & vim improborum frangit dissipatque, & malum, quod præter causam machinantur aliis, in ipsorum retorquet capita: benignissimum hunc & sanctissimum justorum Protectorem & Adjutorem certissimum oramus, & juvent, obsecro, nos in orando Cives & Commilitones nostri omnes, adjuvet nos, quisquis Deum timentem & REGEM reverentem habet animum, ut Unitum suum, REGEM nostrum Clementissimum, multorum magnorumque, quos in gravissimo hoc & diuturno Bello exantlandos habuit, Laborum, multarum non minus magnarumque Victoriarum, a nullo non hostium genere reportatarum, perfrui jubeat fructibus, in omni optabili felicitate, in imperturbata constanteque Vitæ & Regiminis serenitate, in serissimam usque ætatem protendenda. Faxit Supremum Divinum Numen, ut REGIS, pacis & belli artibus operibusque ex æquo florentissimi, inter mortales commoratio supergrediatur vitæ humanæ limites, quemadmodum

Prefatio.

modum Regiæ Virtutes Ejus & Animi, vere Heroici, Magnitudo sphaeram transcendit naturæ & dignitatis confor-
tum! Procidat mecum ad solium Ejus, qui vivit & domi-
natur ab æterno in æternum, Protestantium Ecclesia, im-
mortales Moderatori omnium rerum mecum exsolvat &
agat gratias pro præstita huc usque, oret mecum pro futu-
ra conservazione Vitæ Optimi, Maximi, Regum, qui pro
Sacrorum & Libertatis conservazione ac defensione Vitam
quasi in manibus gestavit suam, merusque suos, infinitis
Se discriminibus objiciendo, fortiter & gloriose avertit,
Populus omnis, hæc aut audiens, aut legens, cuncti, qui
bene cupiunt Hierosolymæ, qui imo de pectore dicunt:
*Expetite pacem Jeruschalaimæ, dicentes: Tranquilli sint
amantes tui: sit Pax in præmunitione tua, tranquillitas in
palatiis tuis. Propter fratres meos & amicos meos eloquar
nunc, Pax sit in te. Propter domum Jehovæ, Dei nostri, pro-
curabo bonum tibi: tota Christianorum, libertatem libe-
ramque Veritatis professionem amantium, Universitas dic-
cant mecum, Amen! FAVORITO!*

Magnorum vivat, FRIDERICUS, Gloria Regum,
Delicium Generis Flosque Decusque sui!
In Cælum sero reduci mansura, Labores
Herculeos pensans, cingat Oliva Caput!

Es lebe Friedrich, der Fürsten Kron und Ruhm,
Der Helden Preis und Ehr, der Weisheit Kern und
Blum,
Daß, wenn Er Lebens satt, für Seine Müh und Treue
Ihm jene Friedens-Stadt die ew'gen Del-Zweig' weibe!
DIGNI.



DIGNITAS NATURÆ HUMANÆ

EX GEN. IX. 6. DEMONSTRATA.

CAP. I. CONSPECTUS CAPITIS.



§. I. Ansa ad Leges, Noacho & posteris
ejus a Deo datas. Dominium in ani-
mantia, Noacho cum accessione &
notabili forma confirmatur. §. II. Ad-
nexum interdictum de carne non
comedenda in sanguine suo. Cæ-
de innocentium hominum Antedi-
luvianæ manus cruentarunt suas. Quod palam facit *Lame-
chi* polygami Oratio Gen. IV. 23. 24. Quæ explanatur.
Demonstratur in ea *Signum*, Caino fratricidæ a Deo im-
positi.

positum. De cædibus factis compluribus documenta. §. III. Sanctio Dei de punitione homicidæ, tum bestię, tum hominis, hominem occidentis. §. IV. Ratio Legi, homicidam vicissim occidendum iubenti, addita. Explicatio dictionum, creationem hominis ad Dei imaginem secundum similitudinem ejus describentium. Singularis emphasis *præfixi* ב in **בצלם**. Quemadmodum bina vocabula **צלם** & **דמות** sint distinguenda. **צלם** substantiam, **דמות** similitudinem qualitatum designat. Confirmatio hujus distinctionis. Gen. IX. 6. in **צלם** non continetur **דמות**. §. V. Recepta explicatio imaginis Dei in homine. Ita dictionibus locorum, de imagine Dei in primo homine agentium, exhauriendis non sufficit. Hoc demonstrabitur. §. VI. Creator hominis fuit Filius Dei. Uti & Spiritus Sanctus. Gen. I. 26. Secunda Persona alloquitur tertiam. §. VII. Applicatur emphasis *præfixi* ב ad **בצלם**. Repetitio **בצלם** **אלהים** aliquid præ se fert singulare. Repetitio ista habetur quoque Gen. IX. 6. uti etiam Gen. V. 1. §. VIII. Infignitior descriptio creationis Adami *ad imaginem Elobini*, Creatoris sui, ad aliud & amplius quid tendit, quam ad nudum mandatum. Uti & descriptio Evæ, ex Adami, alto somno obruti, costa & carne a Deo conditæ. §. IX. Patrum quidam ea adducti sunt ratione, ut Filium Dei in adsumta tunc forma humana ad hujus imaginem Adamum concinnasse, crederent. Repræsentatio sententiæ hujus, a parte adblandiente proposita verbis *R. Vogelsangi*. §. X. Ista Patrum cogitata locutionibus & circumstantiis historiæ conformiora judicantur, quam receptæ hodiernorum Interpretum explicationes. Repræsentatio creationis Adami ad imaginem secundum similitudinem Creatoris sui secundum filium, ab Historia ceteraque S. Scriptura subministratum. Adamus in Somno, a Deo sibi immisso, mulieris e costa & carne corporis sui formationem conspiciebat, in Nota. §. XI.

§. XI. Cogitata hæc vulgatæ de imagine Dei in Adamo doctrinæ nihil detrahunt, quin cumulum gloriæ addunt. Vestigia, ad hanc explicationem ducentia, in Historia Mosaica. A parte hominis. Corpus Adami fulgida quadam amictum fuit luce, quam, facto peccato, amisit. Non obstat, quod Adam & mulier dicantur nudi fuisse, at non erubuisse. Vis & gravitas thematis Hebraici **כבוד** ostenditur. Quod in habitum, quem corporibus Adam & Evæ in statu innocentiae tribuo, admirabiliter quadrat. Nec alia ratione concordia, quæ inter Gen. II. 25. & Gen. III. 7. esse debet, consulitur. §. XII. Vestigia, ad explicationem nostram ducentia, in historia Mosaica, a parte Dei. Secundum interpretationem eruditorum Anglorum *Schebiniab* Adamum in Paradisum introduxit. Species Servatoris, in monte transformati, rectius videtur in aliquam venire posse comparationem. Interim modum omnem definire nequimus, nec Splendoris, tunc placiti, gradum. §. XIII. Observatio de nativa vi & collocatione Verborum **עשה** & **כרא**. Hæc sententiam nostram, protoplastis lucidum corpus tribuentem, stabilit, inque Verborum horum positu commonstrat. Inde Verborum dilucet ratio, Gen. IX. 6. a Legislatore adhibitorum. §. XIV. Solus Adamus ad imaginem Dei dicitur creatus, nusquam Eva. Cujus instituti rationem habes, non in vulgata, sed sola nostra explicatione. §. XV. Observatio de Præfixorum *beth* & *caph* collocatione, explicationem nostram commendante & illustrante. Contextus Gen. V. i. qui ob stare videtur, enodatur. §. XVI. Adhibitus *commate tertio ordo inversus* non tantum non obstat, sed observationem etiam nostram, quin universæ explicationis corpus, illustrat animatque.

Ansa ad Le-
ges, Noacho
& posteris
ejus a Deo
datae.

§ I.
Noachus, finito diluvio terraque aquis liberata, una cum uxore sua & filiis filiorumque uxoribus, cumque animantibus, volucris, reptilibus, in terra reptantibus, per genera sua, ex arca jussu Numinis egressus, Deo, Servatori, faciebat aram, in eaque ex omnibus volucris mundis offerebat holocausta. Qua divina in Re Noachum considerare possumus, vel ut Caput universæ gentis, ex ipso orituræ, vel ut personam Seminis mulieris ejusdemque munia typica in sehesi induentem. In priore consideratione Noachus existimandus esset, totum genus humanum, originem ex ipso suam tracturum, & cum maxime quidem Familiam, suo loco & ordine per Dei gratiam in promissum Liberatorem credituram, æternumque beandam, representavisse, inque holocaustis, ab ipso oblatis, Deo ob oculos posuisse futurum promissi Seminis mulieris Sacrificium propitiatorium, propterque illud placamentum cælestis iræ, atque immunitatem ab universalibus, qualis diluvium fuerat, jam jam exantlatum, cladibus oravisse. In altera relatione promissum Semen mulieris in Noacho & per Noachum propter futurum suum Sacrificium hilasticum, *ὡς ἐν τρωῶ*, hanc apud Deum interposuisset deprecationem. Utcunque id accipiatur: Sacrificium propitiatorium, a promisso Semine mulieris in plenitudine temporis Deo offerendum, est & manet holocaustorum, a Noacho oblatorum, antitypus, ad quod sine ulla dubitatione Fides Noachi respexit, quoque tanquam firmo tibi sine suffulcivit deprecationem suam, omnemque, quam in hoc religioso actu edebat, pietatem: quæ idcirco nec frustra fuit, & Deum habuit supplicationi suæ annuentem. *Et odorabatur Jehova odorem illum gratum.* (Æternum, quod corda & renes scrutatur, Numen, sentiebat sanctum & suavem nidorem piarum, fideque animatarum, quæ inter holocaustorum deflagrationes ex animo Noachi sursum

sum ad Deum ascendebant, precum, ex eisque, suffragantibus Sanctitate ipsius, & fontem pro fonte nec habente, nec habitura unquam, Justitia, delectamentum capiebat) & dixit cum animo suo: non iterum maledicturus sum amplius terræ propter hominem; eo quod signum cordis hominis sit malum a pueritia ipsius: iterumque non percutiam amplius omnia viventia, quemadmodum feci. Deinceps quamdiu erit terra; sementis & messis, frigusque & æstus, & æstas & hiems, diesque & nox, non cessabunt.

His præmissis, Deus repetit benedictionem, Adamo antea, primo generis humani parenti, datam: *Et benedixit Deus Noacho & filiis ejus: & dixit eis, fetificate & augecite ac replete terram.* Quæ Dei jussio atque benedictio simul promissionem, hoc re ipsa quoque futurum esse, comprehendit Gen. IX. 1. Noacho etiam & posteris ejus dominium in ceteros terræ, aëris & maris, incolas notabili cum accessione, dignaque animadversione orationis formula, confirmat: *Et timor vestri terrorque vestri in esto omnibus bestiis terræ, omnibusque volucris cæli: tum omnia, quæ calcant humum, tum omnes pisces maris in manum vestram traditi sunt. Omne reptile, quod vivum est, vobis ad comedendum esto: ut viridem herbam, sic illa omnia dedi vobis* vs. 2. 3. Videmus, dominium in animantia quævis hominibus hisce verbis tradi ista cum amplificatione, ut ipsis nunc etiam concedatur una cum herba viridi & fructibus arboreis carnem omnium animalium in cibum adhibendi, adeoque & hunc in usum mandandi ea, potestas. Quod postremum Adamo a Deo fuerat interdictum Gen. I. 29, 30. jam vero permittebatur; ne vita & secura habitatio hominum in terra, cui Deus omnibus modis consultum volebat, ex multitudine exsuperantium animalium procedente tempore quid caperet detrimenti.

§. II. Verum tamen hominibus venia illa cum exceptione

Dominium in animantia Noacho cum accessione & notabili forma confirmatur

Adnexum interdictum

de carne
non co-
medenda
in sangui-
ne suo.

ptione & limitatione a Deo datur, *ut carnem cum sanguine ipsius, qui anima est ipsius, ne comedant*, vl. 4. Instituta, quæ in præscriptionibus Cultus Levitici *omnem esum sanguinis* interdiciunt Lev. III. 17. VII. 26. XVII. 10. XIX. 26. cum hoc interdicto, refragante Veritate, conferuntur: quod a multis eruditis Interpretibus jam observatum est & liquida in luce positum. Secundum præscriptiones Cultus Levitici ob rationes typicas *omnis omnino esus sanguinis* erat vetitus, sive is adhuc in carne esset animantium, sive ab illa esset sejunctus. Hic vero præcipitur: Carnem ne comedas *כנפש* in aut *cum anima*, hoc est, in aut cum sanguine, *ipsius*. De sanguine itaque hic non est præceptio, a carne separato, sed de *carne* solum, in qua *sanguis* adhuc continetur palpitatque: adeoque in nostra Sanctione *esus carnis crudæ* & quasi nondum exanimatæ, quemadmodum ea a lupis, leonibus, aliisque bestiis feris, viva dilaniatur & illico vorando absumitur, prohibetur propter rationes morales: Lege hac eo tendente unice, ut allestatio, quin ansa omnis, ad crudelitatem præcideretur hominibus, contra, ut consueverent homines abhorre ab ejusmodi cruda & belluina immanitate, hæcque in illis perennet averfatio: docente experientia, animalia, alias molliter facientia, quotidiana crudæ & cruentæ carnis voratione efferari, inque crudelitatem ac truculentiam degenerare.

Forte violenti homines antediluviani, qui in Historia sacra nominantur *נפילים*, *Nepbilim*, (1) *גברים*, *gibborim* (2) *אנשי שם*, *ansche scbem*, *Viri nominis*, id est, magnum habent-

(1) *נפילים* venit a *נפל*, *cadere*. Notat ergo homines, qui alios *invadebant*, in eos *irruerant*, & cujusvis generis vim & violentiam in illos *exercebant*.

(2) *גברים* *גבור* usurpatur, ad fortes & validos homines & bellatores signi-

habentes nomen, fama celebrati, quos Græci πολυφημους, *polyphemos*, appellarent, consuetudinem consciverunt *crudam* etiam vorandi animantium *carnem*.

Cæde innocentium hominum cruentasse eos manus suas, palam facit notabilis, sed, meo iudicio, minus intellecta, *Lamechi*, polygami, ad uxores suas, Ada & Tzilla, oratio Gen. IV. 23. 24. Hac oratione præferox homo fatetur atque etiam profitetur & præ se fert cædem, a se commissam, deque ejus gloriatur impunitate. Et nos in ea agnoscimus & statuimus *interrogationem*: sed in qua *negatio*, ex tali interrogacione existens, non cadit in *trucidavi*, sed in voces *לפנעי* & *להכרת*, in *vulnus meum*, in *livorem meum*; in hanc sententiam: Trucidavi omnino virum & puerum: sed an ego idcirco sum punitus a Deo, vulnus mihi & plagam lividam infligente, quod *Caino* fecit in signum cædis, ab ipso in fratre Abele factæ, perpetuumque ultionis divinæ, omnium oculis, quoad superet, exponendæ, monumentum? De *Caino* & facta ab eo fratris trucidacione insulsam thraasonem cogitavisse, verba hæc pronunciantem, apertum est ex contextu, qui subsequitur; ubi pergit de vindicta loqui, eum, qui Cainum interficeret, mansura, indeque rationem ducit pro facinoris sui impunitate: hæc vero ratio inde solummodo accipere poterat speciem, quod a nota indignationis divinæ, *Caino* ob cædem Abels imposita, quam ego ex hoc *Lamechi* dicto colligo fuisse *פצע*, *vulnus* seu *ulcus*, in facie fratricidæ conspicuum, insanabile, cum *הבורה*, insigni *livore*, quem *percussi præ se ferunt*, fociatum, ipse esset & conspiceretur

Cæde innocentium hominum Antediluviani cruentarunt manus suas. Quod palam facit *Lamechi* polygami oratio. Quæ explanatur.

Demonstratur in ea signum, Caino fratricidæ a Deo impositum.

significandam, qui fortitudine sua, robore, bellicisque operibus, excelluerant & consecuti erant celebre nomen. Unde patescit, & isto tempore obtinuisse bella, in quibus Cainitæ præcallebant, inque nomine *Nephiblim*, tanquam *Aggressores*, qui bella fuscitabant, atque ex rapiendi & habendi libidine faciebant, notantur.

tur liber. Quod homo stolidus in signum facinoris sui, a Deo adprobati, saltem non improbati omnino, traxisse, apud uxores certe suas hac illud specie induere voluisse, videtur.

De cædibus
factis com-
pluribus do-
cumenta.

Nec dubitabit de cædibus perpetratis compluribus, qui apud animum cogitaverit, id, quod de *Lamecho* narratur, exempli proferri causa; unde ceterorum Cainitarum spectari & cenferi debeant mores; præcipue non dubitabit, qui vim & indolem nominum *Nephtim* & *gibborim* expenderit, ad bella injusta, in quibus aggressores innocuum profundunt sanguinem, ducentium, cum eisque diritatis, pervagatæ ista tempestate, & Gen. VI. 11. expressæ, imaginem. *Sed terra*, inquit ibidem, sacer Historicus, *corrupta erat coram Deo* ותכלה הארץ חמס, & *impleta*, proprie *conferta*, *referta*, *erat terra* חמס. Quod Deus in oratione sua ad Noachum vs. 13. confirmat. *Dixit Deus Noacho: Finis universæ carnis adventat coram me, quia plena, referta, est terra חמס ab istis.* Vocabulum חמס (3) notat *vim & violentiam*, quæ exercetur in alicujus famam, verbis, audacter calumniando; in fortunas, rapinis & prædationibus; in hominum corpora, quocunque læsionis genere; in vitam, cæde & injustis suppliciis. Cum jam terra narretur *referta* fuisse חמס, an nimium tribuetur huic dictioni; si dicatur, *vim & violentiam* non tantum fuisse universalem, sed omnia etiam violentiæ genera, teterrima quoque & atrocissima, sine verecundia fuisse

(3) חמס, *Vis, violentia, injuria, rapina*, descendit a Verbo חמס, quod proprie valet, *durum esse ex cruditate*; quemadmodum immaturi fructus, immatura poma, quæ dura, acerba, sunt, itidem *cruda* nominantur. Voces, *Crudus*, itemque *Durus*, a Latinis scriptoribus frequentantur in homine *Crudeli* signando. Hic regnans fere vocabuli *Crudelis* est usus, a *Crudus* propagati. *Crudus* ex fonte græco, κρυος nimirum, proprie *Rigorem* notante, manavit.

stia repositam illum : adeoque de manu ipsius hominis, de manu cujusque fratris ipsius, repositam animam hominis vl. 5. Qui effundit sanguinem hominis, per hominem sanguis illius effunditor : quoniam ad imaginem suam hominem fecit Deus vl. 6. Hoc postremum Dei effatum connecti potest cum toto versu præcedente quinto, ita ut bestiarum, per quas homo vitam suam esset amissurus, æque ac homines, in eo sint comprehensi. Paulo ante edixerat Deus tam de bestiis, quam de hominibus, se sanguinem hominis, ab ipsis occisi, de ipsorum repositurum manu. Quem ad modum id facere decreverit, aperit versu sexto, sanciens : *Ut quisque effuderit sanguinem hominis, ejus vicissim sanguis effundatur per homines.* Possit quidem Deus bestiam aut hominem, hominem occidentem, ipsemet *αποσας*, si veller, illico vicissim morte punire : sed Deus id hoc modo non vult facere. Instituit homines, communem cum occiso habentes naturam, voluntatis suæ suppliciique, homicidæ inferendi, exsecutores, quamlibet civitatem, imprimis Capita ejus & Regentes, qui tuitionem ac defensionem Reipublicæ, vel susceptam ab ipsis, vel mandatam sibi, sustinent, Et non tantum dat hanc illis potestatem, sed injungit quoque, & præcipit, ut Sanctio hæc sua per eos ad effectum perveniat, adeoque voluntarius homicida & ipse jure talionis ex vita & societate hominum exturbetur.

Ratio Legi,
homicidam
vicissim occi-
dendum
jubenti, addita.

§. IV. Constitutionis hujus Legislator hanc ipse adfert causam: *Quoniam*, subjungit, *ad imaginem suam hominem fecit Deus.* Ratio hæc Legi, homicidam vicissim occidendum jubenti, addita, altiore postulat scrutationem, talemque enodationem, quæ rationem sufficientem, unde lucet Sanctionis hujus Æquitas, dilucide exponat, clareque & evidenter demonstret. Hæc vero, ut prius *Imaginem*, ad quam Deus initio hominem condidit, probe cognitam habeamus atque exploratam, requirit.

Explicatio
dictionum,

Deus, primum hominem conditurus, dicebat: *Faciemus,*

mus, vel faciemus, hominem כְּעֵלְמֵנוּ כְּדֹמֹתָיו, quæ verba Lutherus vertit, ad imaginem, nobis similem. Vocabulum עֵלְמֵנוּ proprie notat adumbratam imaginem, a Themate עֵלְמֵנוּ, Umbrosus fuit. Alterum vocabulum דֹּמֹתָיו ex origine valeret Adequationem, hinc Similitudinem, a דָּמָה complanavit, adequavit.

Præfixum בּ, quod in fronte prioris vocis עֵלְמֵנוּ conspicitur, in linguis Orientalibus singularem habet usum, ex quo non raro interiorē rei naturam & conditionem, rem ipsam signantissime exprimentem, per vocem, cui præfixitur, notat (4). Nihil impedit, quo minus hac in sede præfixum בּ in כְּעֵלְמֵנוּ istam quoque emphasim assumere patiamur: quo pacto hic emergeret sensus: Faciamus hominem, qui ipsa sit & vera nostra imago.

Additur כְּדֹמֹתָיו. Controversia est, quemadmodum bina vocabula עֵלְמֵנוּ Imago, & דֹּמֹתָיו Similitudo, debeant distingui. Complures Interpretes ad mentem accedunt Lutheri & binas hæc voces exponunt per imaginem exemplari suo simillimam. Alii aliter. Ego hac de re sic existimo: priorem, si voces istæ conjungantur, עֵלְמֵנוּ nimirum, Substantiam cum maxime, דֹּמֹתָיו vero propius Simi-

creationem hominis ad Dei imaginem secundum similitudinem ejus describentium.

Singularis emphasis præfixi beth in כְּעֵלְמֵנוּ.

Quemadmodum bina vocabula Tzelem & demush sint distinguenda. Tzelem substantiam, demush simi-

C 2

(4) Vid. Celebrissimi Schulensii Commentarius in proverbialia Salomonis ad Cap. III. 26. ubi, quæ sequuntur, habentur verba: Præpositio בּ sapissime infert intimam rei, vel personæ, qualitatem; sive expressum & eminentem characterem, quo aliquid insignitum est atque distinctum. Sic Arabes signatissime efferunt, Deus est in potestate pro sane potens &c. crebrum quoque in Sacris: Eccles. VII. 12. בְּעֵל הַחֹכְמָה בְּעֵל הַכֶּסֶף. Deus est in potestate pro sane potens &c. crebra sapientia est in umbra; Argentum est in umbra: pro sane umbra est sive aliquid, quod obumbrat, recreat, protegat. בְּעֵל הַיָּם בְּיָם שְׂבִירָה in mari est confractio tua: i. e. tam lata, patens, profunda, vasta, ut ipsum sane mare sit. Adde Jer. XLIX 23. ita & heic loci, Jehova erit in firmitate lumbi tui: id est, ipsa sane lumbi tui firmitas. Conf. Eundem ad Cap. XVI. 6. ubi vertit: & Vera reverentia Jehovæ est recedere a malo. Et ad Cap. XXIV. 5. ubi eundem ad modum בְּעֵל הַיָּם in robore vertitur ipsum robur.

similitudinem
qualitatum
designat.

similitudinem in peculiaribus *qualitatibus*, consimilem determinationem & modum essentiam habendi, eamque exferendi, respicere. Utroque hoc modo creata substantia **עלם** nec non **דמות** Dei, Creatoris sui, gereret, si spiritus nem sit rationalis, & præterea cum moralibus Dei perfectionibus atque operationibus adsit atque appareat similitudo. Corpus alterius corporis est **עלם**, si constitutio essentialis unius ad essentialem constitutionem & naturam conformetur alterius. Eadem res corporea alterius est & **עלם** & **דמות**, si ad naturam communem accedat similitudo peculiarium determinationum modificationumve. Unde sequitur, **עלם** esse posse sine **דמות**, hoc est, alterum alterius dici posse imaginem, ut tamen in specialibus, ad essentiam non pertinentibus, qualitibus & modis ei non sit simile: **דמות**, si per eam ejusdem notæ & generis qualitates & determinationes significantur, **עלם** supponere aut involvere. Et quanquam **עלם** potest esse sine **דמות**, hoc tamen non impedit, quo minus **עלם** in ista urturbetur latitudine, ut **דמות** complectatur, adeoque similitudinem æque peculiarium qualitatum, ac essentia, indicet. Quamvis & hoc non obstat, quo minus **עלם** interdum etiam sensu limitato pro sola similitudine essentia adhibeatur. Ita palam est Gen. I. 27. **עלם** includere **דמות**, & Cap. V. 1. **דמות** complecti **עלם**. Differentiam, quam feci inter utrumque vocabulum, **עלם** & **דמות**, non obscure deprehendimus *versu tertio*. *Adam autem vixerat triginta & centum annos, quum genuit filium כצלמו כדמותו vocavitque nomen ejus Schetum.* Genuit filium כדמותו, qui ipsissimam similitudinem & speciem gerebat Adami, genitoris sui, (& hic præfixo כ *emphasin*, supra ei in כצלמו datam, tribuimus) כצלמו *secundum ejus imaginem & exemplum*. Lutherus vertit: *qui imagini ejus erat similis*, qui non tantum *Substantiam* imaginis Adami, parentis sui, verum *ipsam* etiam & eandem corporis *qualitatem*, adfectionem, externum habitum, præ
se

Confirmatio
hujus distinctionis.

se ferebat, a quo ergo aberat אדם, lucida illa species, qua primitus a Creatore suo indutum fuit Adami corpus: qui ergo eadem in nuditate, quam Adamus peccando contraxerat, in lucem venit. Quæ naturalis corporis nuditas pariter de absentia *res אדם similitudinis* cum moralibus Dei perfectionibus in animo ejus testabatur. Interim non dubito, historiæ hujus Scriptorem priorem, corporis scilicet, nuditatem præsertim indicare: quanquam posteriorem non omnino excludimus. Quemadmodum revera naturalis nuditas nostra, quacum nascimur, de nudis a morali Dei imagine animis nostris indicium adfert atque repræsentat: quod autem facere non posset, siquidem primi generis humani Parentes cum eadem creati fuissent corporis nuditate.

Quod tandem ad *Contextum* Gen. IX. 6. attinet, in quo solum vocabulum אדם reperitur: venire potest in desceptionem, an vocabulum אדם hic ita limitari debeat, ut אדם excludat, an comprehendat? Ego pro priore sum acceptione, quæ me hanc in partem trahunt, deinceps suo loco expositurus.

Gen. IX. 6. in
tzelem non
continetur
demuth.

§. V. *Recepta* in scholis doctrina tria capita in explanatione imaginis Dei in primo homine distinguit: 1. *Tabulam*, in qua pingitur imago, quæ hic erat rationalis spiritus, intellectus, voluntas, conscientia. 2. *Imaginem* seu *Picturam* ipsam, sitam in luce explicitæ, veræ, erroris puræ, vivæ, cognitionis Dei & voluntatis ejus in intellectu, in luce sinceræ atque incontaminatæ sanctitatis, in voluntate, in luce liquidi & sereni gaudii in conscientia. 3. *Tertiam* sedem occupant *immortalitas & dominium in animantia*, quæ ut *sequela*, vel ut *appendix*, vel etiam tanquam *ornamenta*, imaginis considerantur. Non quidem primum & postremum ab imagine Dei excluduntur: sed *ad formale* imaginis Dei in illis non ponitur: hoc solummodo in eo, quod secundo loco notatum est, consistebat.

Recepta ex-
plicatio ima-
ginis Dei in
homine.

C ;

Hæc

Ita dictio-
nibus loco-
rum, de ima-
gine Dei in
primo ho-
mine agen-
tium, exhau-
riendis non
sufficit.

Hoc demon-
strabitur.

Creator ho-
minis fuit Fi-
lius Dei.

Hæc recepta est, in nullisque non systematibus Theo-
logicis obvia, *imaginis divine* in primo homine explicatio.
Num vero idoneum & justum præbeat modulum, ad quem
universi Contextus, de imagine Dei in primo homine tra-
ctantes, aut ad eam adludentes, in eisque occurrentes locu-
tiones, in omni vi & amplitudine sua explanari queant, ne-
que in illis aliæ admittendæ sint ideæ, quam quæ in vulga-
ta explicatione continentur, de eo valde ego dubitem. Sa-
pientes Librorum sacrorum Interpretes haud difficulter lar-
giuntur, in interpretanda sacra Scriptura ipsam hanc Scri-
pturam, ejusdemque locutiones potius, quam systematicas
circumscriptiones & limitationes, adscitasque in illis opi-
niones, pro ducibus, principiis, & regulis definiendi ge-
nuinum & verum Spiritus Sancti sensum, agnoscendas &
habendas esse. Dispicimus ergo, quid hac in via nobis
occurrat, de locutionibus præsertim, quibus Scriptura sacra
utitur, historiam *primi hominis*, ad *Dei exemplar conditi*,
aut ad eam respiciens.

§. VI. Ut indubitatam & concessam veritatem adsu-
mimus, secundam in SS. Trinitate Personam, Filium Dei,
proxime universi mundi, omniumque, ad eum pertinen-
tium, rerum fuisse creatorem Joh. I. 1. 2. 3. Col. I. 15. 16.
17. 18. Heb. I. 1. 2. *sed nobis unus est Deus*, verba sunt
Pauli Apostoli I Cor. VIII. 6. *Pater, et õu ta panta, ex quo
sunt omnia, et nos ad ipsum: et unus Dominus, Jesus
Christus, õu õu ta panta, kai õuac õi avta, per quem omnia,
et nos per ipsum.* Ex Patre sunt omnia: qua dictione Pa-
tri, tanquam primo Deitatis fonti, omnium rerum disposi-
tio tribuitur, secundum cujus delineationem, decretum &
voluntatem, Filius fecit, quidquid factum est. Per quem
itaque, tanquam Vim & Causam creatricem, omnia sunt,
& nos per ipsum. Conferatur Rom. XI. 36. *õu õõ avta,
kai õi avta, kai õõ avta ta panta, Nam ex eo, et per eum,*

et

Et ad ipsum sunt omnia. Constructio, *ex aere*, ex eo, spectat ad aeternum Dei decretum, in quo, nullo adjutus consiliario, omnia praefinivit. Phrasus *di aere*, per eum, tendit ad factam in initio omnium rerum creationem. In Libro, in quo Lingua Germanica enucleo Dei Sanctitatem, hanc phrasium differentiam expono, contraque eos, qui *ex aere* ad creationem referunt, ex serie orationis defendo atque evinco (r)

Tertia in SS. Trinitate Persona, quæ quoniam naturaliter a Patre & Filio procedit, *Spiritus oris Dei, Halitus Omnipotentis*, & simpliciter רוח, *Pneuma, Spiritus*, & propter *Sanctitatis*, divinæ Naturæ propriæ & essentialis, communitatem, *Spiritus Sanctus* nominatur, consimiliter introducit ut Creator, cui speciatim ordinatio atque rerum creatarum ad destinatos fines adaptio, facultatum cum maxime & donorum spiritualium dispensatio, adsignatur & tribuitur Gen. I. 2. Ps. XXXIII. 6. Job. XXVI. 13. Gen. XLI. 38. Exod. XXXI. 3. 1 Cor. XII. 8, 11. 1 Cor. VI. 11. Gal. V. 22. Cumque hominis Creator cum corpore Adami spiritum conjunxerit rationalem, spiritumque pariter itum excellentibus condecoraverit sapientiæ & sanctitatis dotibus, ita, ut homo, ex mente & corpore compositus, totum in se ipso in compendio exhiberet & repræsentaret mundum, in corpore suo visibili mundum visibilem, materialem, in mente mundum invisibilem spirituum, μυροκομος idcirco nominatus: dicendum utique est, in hominis creatione partes quoque suas habuisse Spiritum Sanctum. Id quod signo *inspirationis*, *in os & naves* a Creatore factæ, רוח חיים, *nischmat obaim*, id est, mentem rationalem, viventem, vitamque suam intimamque cum corpore conjunctionem *spirando* exerentem & manifestantem illico, in Adamo producentis, indicatum vide-

Uti & Spiritus Sanctus.

(r) Betrachtungen über Gottes Heiligkeit pag. 36.

videtur: consimilem ad modum, quo Servator Spiritum se suum cum discipulis communicaturum, significaturus, eos *adflabat*, addita adflatus hujus explicatione, *accipite Spiritum Sanctum* Joh. XX. 22. Quæ de causâ mentio fit *Factorum, Creatorum, hominis* in numero plurali Esai. LIV. 5. Eccles. XII. 1. Respexit, opinor, *Elibu* ad id, quod factum in formatione Adami, *Spiritus Dei*, inquit, *fecit me*, וְנִשְׁמַת שָׁדַי & *adflatus omnipotentis vitam indidit mihi*. Job. XXXIII. 4.

Gen. I. 26.
Secunda
Persona al-
loquitur
Tertiam.

Si itaque Spiritus Sanctus in faciendo, animando atque ornando, homine, palmario potentie & sapientie divinæ opificio, quod operi creationis imposuit coronidem, vim pariter suam & operam adhibuit: quid ergo impediet, quo minus cogitemus, secundam Divinitatis Personam verba ista, *Faciamus hominem ad imaginem nostram secundum similitudinem nostram*, ad tertiam elocutam esse Personam? Interim ultro intelligitur, Patrem, utpote secundum cuius præscriptum & voluntatem hæc omnia fiebant, ab opere hoc a nobis non excludi.

Applicatur
emphasis
præfixi hebr
ad בְּצַלְמֵ.

§. VII. Orationem, modo tactam, actutum excipiebat ipsa hominis formatio. Et Deus, Elobim, qui scilicet edixerat, *Faciamus, vel faciemus, hominem ad imaginem nostram, secundum similitudinem nostram*, creavit hominem בְּצַלְמוֹ בְּצַלְמֵ אֱלֹהִים *ad imaginem suam, ad imaginem Elobim, creavit eum*, Gen. I. 27. secundum tactam supra, atque hic etiam locum habentem, virtutem præfixi hebr, creabat Elobim hominem ut veram, revera expressam, Sui, venerandissimi Creatoris, imaginem.

Reperitio
בְּצַלְמֵ
אֱלֹהִים
aliquid præ
se fert sin-
gulare.

Ad hanc ideam nos ducit repetita enunciatio בְּצַלְמֵ אֱלֹהִים אתו *ad imaginem Elobim creavit eum*. Hæc iteratio certe non sine causa & emphasi facta. Elobim, hominis Creator, secunda est in Divinitate Persona, æternus æterni Dei Filius. Docetur ergo, ad archetypon & exemplar Filii Dei hominem conditum, veramque in eo expressam esse gloriosi Creatoris sui *Imaginem*: quod cogitatio-

rationem subjicit, singulare quidquam hac nominis *Elohim* iteratione indicari: quod æque non fuisset perspicuum; si simpliciter scripsisset Historicus, Deum ad sui imaginem condidisse hominem. Non ergo pro curiositate temeraria habendum; si nostram heic acuam attentionem, & num singulare illud reperire possimus, dispiciamus: eo magis, quia & Gen. IX. 6. ratio, Legi de homicida vicissim occidendo subjecta, forma & habitu orationis proponitur, ex iterata ista enunciatione, quæ Gen. I. 27. habetur, transsumto. Utroque formula & constructio Orationis eadem; differitas in eo sita, quod Gen. IX. 6. Deus consulto cogitatoque pro ברא usus sit Verbo עשה, de quo postea, & אתו, illum, quod Gen. I. 27. ad præcedens Substantivum אדם se refert, evidentia sententiaque rotundandæ causa, ipsum nomen substantivum אדם addat. Quodque Gen. IX. 6. *Elohim* referri debeat ad vocem אדם, cum eaque construi, palam sit, tum ex collatione loci Gen. I. 27. tum ex ipso verborum *positu*, quem *constructionem* nominant. In confesso est apud omnes, in *Contextu* Gen. I. 27. unde ratio supplicio, in homicidam statuto, transsumta, *Elohim* pertinere ad אדם. Quo pacto hic existit ætiologiæ hujus sensus: Nam ad imaginem *Elohim*, fecit hominem, Factor scilicet hominis, sive Elohim, cujus modo facta mentio: quales ellipticæ propositiones crebræ sunt in *Libris Θεογενεσις* (6). Neque ellipsis istæc hac in sede quidquam aut obscuritatis aut ambiguitatis adfert. Estque ratio hujus ellipseos in propatulo; siquidem Legislator rationem, Sanctioni de homicida vicissim occidendo additam, eadem dicendi forma, quam historia creationis hominis ad *Elohim*, Creatoris, imaginem Gen. I. 27. in iterata enunciatione consulto & de industria adhibuerat, exprimere voluit, cum eaque vim & aciem, quæ in dictione ista residet, repræsentare.

Repetitio ista habetur quoque Gen. IX. 6.

D

(6) Vid. Glassii Philologia S. pag. 165. seqq.

re. Constructio item orationisque rotunditas atque evidentia, quæ in legibus legumque sanctionibus desideratur cum maxime, nominis *Elohim* cum voce **עָלַם** copulationem postulat, & hæc ellipsin, ejusque expletionem, ante dictam, nullique non, sententiam hanc Dei ætiologicam vel audienti vel legenti, obviam, ultro importat. Si *Elohim* componas cum Verbo **עָשָׂה**, fecit, constructio foret hæc: *Quoniam ad imaginem, Elohim fecit Adamum.* At quis non sentit, dici tunc debuisse: Quoniam **בְּצַלְמוֹ** *ad imaginem suam* Deus fecit hominem? Quemadmodum Gen. I. 26. dixit: faciamus hominem *ad imaginem nostram, secundum similitudinem nostram*, non, *ad imaginem, secundum similitudinem, faciamus hominem.* Et **וְ**. 27. itaque creavit Deus hominem *ad imaginem suam, ad imaginem Elohim, creavit eum.*

Uti etiam
Gen. V. I.

Die gemeine Erklärung will zwar den Grund des Schämens, des Schreckens und Bedeckens der gewahraewordenen Blöße, des Fliehens und Verbergens Adams und Eva vor dem Angesichte Gottes, in ungeziemenden Bewegungen einiger ihrer nacketen Leibes. Glieder suchen: aber ohne die geringste Veranlassung der Geschichte, worin man von dergleichen Bewegungen nicht allein nirgend einige Spur findet, sondern auch solche Umstände gemeldet werden, welche die hier herbegezogenen, in dem Leibe entstanden seyn sollenden, ungeziemenden Bewegungen ausschließen.

dicantur nu-
di fuisse, &
non erubu-
isse.

annotatio historiae creationis mulieris, ut doceatur, mulierem eandem ab Elohim, Creatore suo, corporis accepisse externam speciem, quacum & Adam antea fuerat creatus. Coniunxit Historicus cum termino *nuditatis* istam notionem, quam tunc jam assumerat, & quam deinceps inter homines retinuit, & etiamnum habet; qua *nudum* dicimus corpus, quod indumento destitutum est, quod nos *vestes* nominamus,

&

schließen und gnugsam widerlegen. Siehe hiervon ein mehreres in dem vorher gedachten und in diesen Intelligenz-Blättern Num. XX, XXI. A. 1757. befindlichen Aufsatz, welcher mit gegenwärtiger Vorstellung zu vergleichen.

Ipse textus in Tractatu cit. §. XXVIII. hæc habet, quæ interiorum vim & emphasin phraseos *aperitionis oculorum* conspiciendam præbent, verba: Auf das vollbrachte Essen geschähe es, wie die Geschichte fernere Y. 7. meldet, daß ihrer beider Augen aufgethan wurden, und sie sahen, daß sie nackt waren.

Der Versucher hatte die Eva versichert, daß, welches Tages sie von dem Baume essen würde, ihre Augen würden aufgethan werden, und durch eine anschauende Erkenntniß wissen, was gut und böse sey. Dieses wiederfuhr ihnen alsobald nach ihrer beider Essen, aber auf eine widerliche und beklägliche Weise. Ihre Leiber waren bis hieher mit einem glänzenden Licht an statt des Kleides bekleidet und gezieret gewesen, zum Beweis und Bilde des Göttlichen Lichts der Weisheit und der Heiligkeit, welches in ihren Seelen strahlte: welches ich an einem andern Orte beweise. So bald sie beide von der verbotenen Frucht gegessen hatten, verschwand alsobald das Licht, welches bisher ihre Leiber umgeben und bekleidet hatte. Sie schäuen ihre Leiber an, und wie sie dieselben von ihrem vorigen Glanz entblößet wahrnehmen, da werden ihrer beider Augen aufgethan, daß sie sahen, daß sie von der Schlange betrogen und hinter das Licht geführt wären. In ihren nackten Leibern sahen sie durch das Anschauen derselben zugleich das Bild und den nacketen Zustand ihrer, nunmehr auch von dem Lichte des Ebenbildes Gottes, und der darauf sich gründenden Freudig- und Freimüthigkeit zu Gott, entblößeten Seelen. Dieses leidige Gesicht, dieses ganz unerwartete Aufthun ihrer Augen, was für Scham, was für Schrecken, welsch eine Verwirrung, wird es bey ihnen erreat haben, eben in dem Zeit-Punct, da sie von der, ihrer Einbildung nach igt erlangten, durchdringenden, Scharfsichtigkeit ihrer Augen die erfreulichsten Proben zu erfahren vermeineten!

& ex quacunque re alia materiali assumitur, & quo corpus, saltem magna pars corporis, partes præcipue istæ, quæ pudenda appellantur, conteguntur. Corpus, quod hoc modo non est contactum, nudum dicitur, non tantum illud, quod indumento prorsus caret, sed etiam cujus membra, quæ tegi debebant, oculis non omnino subtrahuntur. Et hoc respectu ambo, & Adam & uxor ejus, erant nudi, ולא יבוששו & vel sed non erubescabant. Ex nuditate ista, quacum creati erant, nihil in illis exsistebat perplexitatis, nihil confusionis, nihil consternationis, (hanc vim habet Verbum בוש, quod ostendit Celeberrimus *Schultens* in Commentario in Proverbia p. 145.) neque alter ex alterius conspecta nuditate ullam confusionis, ullam offensionis, ullam turbationis, aut materiam aut causam reperiebat. Quod in habitum, quem nos corporibus Adami & Evæ in statu innocentiae tribuimus, admirabiliter, melius certe, quadrat, quam in istam puram putam nuditatem, quam vulgaris sententia illis adsignat, & quæ re ipsa ab ea, quæ, postquam peccaverunt, in illis emeruit, nuditate nihil differt.

Et ex doctrina nostra Adam & uxor ejus erant & dici poterant nudi eo, quo antea nuditatem definivimus, modo. Illa, cum fulgore quodam emicans, lux, pro amictu illis data, tegebat quidem suo modo eorum nuditatem, sed oculis prorsus non subducebat. Nec tamen etiam liberum permittebat aditum. At quo pacto gignere poterat perplexitatem, confusionem, turbationem, pudorem, quod maximo eis erat honori, decori, gloriæ; in quo obtutus oculorum hærebat quali, ut ad nuditatem vix aut leviter tantum, sed sine ulla confusione, offensione, turbatione, pudore, reflecteret? Hac ratione alteri *Dico*, quod Gen. III. 7. habetur, simul consultiur, quod secundum explanationem nostram pulcherrime cum *Dico* Gen. II. 25. consistit; sed citra eam commodam aliam non habet, nec aliam, nisi aperte quælitam: qualis illa vulgaris est, quæ pudendos, impudicos, continuo post peccatum, com:

Vis & graves thematis בוש.

Quod in habitum, quem corporibus Adami & Evæ tribuo, admirabiliter quadrat.

Nec alia ratione concordia, quæ inter Gen. II. & III. esse debet, consultiur.

commestione Adami consummatum, refragantibus quamvis circumstantiis, & ingente ista *consternatione*, in quam commissi peccati conscientia eos astutum conjiciebat, fingit & inducit motus. Quales impudici motus certe in nullos minus, quam in anxios & consternatos, cadunt.

Qui proloplastis in statu eorum primævo lucida membra corpora tribuit, is facile etiam concedet, Deum tunc, cum hominem crearet, corpori lucem istam, loco vestimenti, dedisse.

Vestigia ad
explicatio-
nem no-
stram du-
centia in hi-
storia Mo-
saica, a par-
te Dei,

§. XII. Revertimur ad Creatorem, Deum. In visibili Eum specie Adamo apparuisse, cum eoque egisse, locutum esse, fatentur eruditi Interpretes; & tenor historię, ut id statuamus, requirit.

At in qua *Specie*? Probabile omnino est, in specie id factum esse eadem, qua idem Elohim, Filius Dei, post lapsum Patriarchis, aliisque, quibus voluntatem suam voluit significare, plerumque apparere consuevit, id est, in *specie corporis humani*. Sententiam hanc suffulcit & firmat imprimis, quod Cap. III. 8. memorię legimus proditum: *Deinde audiverunt vocem Jehovæ Dei itantem per hortum ad ventum illius diei; quare abscondit se Adam & uxor ejus a facie Jehovæ Dei, inter arbores horti*. Hic sermo est de *facie*, coram qua comparere Adamus, & uxor ejus, & a qua, proprio sensu accepta, se abscondere, poterant. Talis erat *facies humana*, Hac cum facie supponitur jam antea apparuisse Deus protoplastis; quoniam eam extimescebant, ab eaque se abscondere in animum inducebant. De Dei Omniscientia & Omnipræsentia spiritali certe tunc non cogitabat Adamus; quum, voce Dei audita e longinquo, cum uxore a facie Dei abdere se conaretur intra arbores in horto: etenim quis occultare se poterit aut volet ab eo, quem ubique sibi præsentem proponit? Pudebat eos cum corpore, luce nativa jam nudato, Dei subire oculos, eaque de causa id agebant, ut ab illis se occulerent arborum umbris.

Gra:

Gradum promovemus, & dicimus, valde item esse probabile, in specie seu forma humana, *splendida in luce resurgente*, & hinc summopere venerabili, Filium Dei in primo innocentiae statu apparuisse protoplastis. Angeli, ubi hominibus adparuerunt, cincti occurrunt fulgore, qui de eorum internis testabatur qualitatibus, & Dei, Domini gloriae, legatos esse, condecebat: quanto magis putabimus, Dominum gloriae ipsum, ubi id conveniebat, praecellente quadam luce, tanquam Divinitatis, purissimae Sanctitatis, venerandissimaeque Majestatis, symbolo, se induere voluisse, & Patrem esse luminum, lucis omnis fontem, ostendere. Nobis certe, qui protoplastorum corporibus pro vestimento lucis amictum datum esse a Deo, statuimus, hac de re dubitare non licet, nisi servum supra Dominum evehere, & Creatorem, Deum super omnia benedictum in secula, infra creaturam, lutum, pulverem terrae, halitu Omnipotentis animatum, deprimere velimus.

Elohim, Deus, extra hortum Paradisum hominem formavit, formatum mox in hortum introduxit, introducto, ut hortum coleret & servaret, injunxit, duxit ad arborem cognitionis boni & mali, esumque de ea interdixit. Haec omnia uno & continuo haud dubie gesta sunt tenore, factamque tunc in *visibili specie* apparitionem arguunt: quae cum *humana* potius, quam alia, recte censeatur fuisse, in ipsa illa corporis humani specie Deus & hominem condidisse debet existimari, & quidem, secundum ante disputata, in specie humanae formae, fulgida relucens gloria, de qua formato a se Adami corpori radiolos impertivit, terreno ceteroquin & nudo corpori, in monumentum & signum lucis ac gloriae, sub adflatum Creatoris in nares hominis, cum spiritu invisibili & rationali communicatae, caeleste quoddam, quin divinum, decus conciliantes, ejusque nuditatem quasi peplo quodam velantes, aut, si mavis, obtutum oculorum nitore suo reprimentes. Peropportune hic succurrit *Facies Moysis*, ex
 G pro-

propinquitate fulgoris divinæ Gloriæ in monte, ita, cum de monte descenderet, lucens, ita replendens, ut populus conuitum ejus non ferret, & Moses, ad populum verba faciens, velo fulgorem istum frangere & conterege debuerit Exod. XXXIV. 29 -- 35. Ad quam historiam Paulus Apostolus respiciens, *Nos autem omnes, inquit, relecta facie gloriam Domini quasi in speculo intuentes, in eandem imaginem transformamur ex gloria in gloriam, sicut a Domino Spiritu* 2 Cor. III. 18. Cum a divina Creatoris gloria hic fere idem evenit Adamo: quidni & hoc respectu is in eandem Creatoris sui imaginem poterit dici transformatus, & Creatoris oratio, *faciamus hominem cum imagine nostra secundum similitudinem nostram*, hanc quoque in partem explicari? *Similitudo*, in monumentis sacris ⲓⲛⲓⲛⲓ nominata, ex antedictis in prapitulo est, ad quam itaque filium Historiæ sine quaestis ambagibus nos ducit. Unde sane de ipsa corporis Adamici *Substantia*, ad *Substantiam formæ*, a Creatore tunc, cum hominem conderet, *assumta*, expressa, expedita est & ferme indeclinabilis cogitandi ratio.

Gerebat ergo homo in spiritu mentis suæ rationalis, omnis expertis labe, sanctissimi Creatoris sui imaginem. Sed simul voluit Creator, ut, quemadmodum ipse Adamo adparebat, specie adsumta humani corporis, fulgore purissimo radiantis, in documentum & signum divinæ Gloriæ, purissimæque Sanctitatis, in ipso habitantis; ita etiam Adamus internæ puritatis & sanctitatis, qua Deus ejus exornaverat animam, signum in corpore circumferret, sub oculosque positum haberet in pura illa, quæ corpus ejus amiciebat, luce: hujus præsentia aut absentia & de illius in animo aut præsentia aut absentia indicium ac testimonium præbitura. Unde intelligitur, quid sit *Similitudo carnis peccati*, in qua Deus Filium suum misisse dicitur Rom. VIII. 3. Est nimirum species corporis, luce & splendore nudati, propria hominum corporibus post lapsum, quo lucem, corpori Adami, Capitis

ac

ac Satoris sui, congenitam, sanctitatis illibatae signum, amiserunt: quam lucem tum demum, quando per mortem depositae radicis & omnino deletae erunt peccati reliquiae, in corporibus resuscitatis recipient.

Viri, erudita sacrae Scripturae interpretatione nobiles & eximii, *Polus, Patrick, Wells*, Adamum a *Schechinah* in Paradisum introductum, existimant (11). Hanc *Schechinah* commonefaciunt flammantem fuisse lucem, densa nube amictam: per quam hinc, illinc, fulgor emicuerit. Descriptio ista sumpta est ex *Columna nubis & ignis*, in qua Deus olim populo Israelitico post exitum ex *Aegypto* se manifestavit, & aliquamdiu in S. Sanctorum supra Cherubinos sedem habuit suam. Sed nec necesse, nec ratio est, ut apparitiones Numinis, quae Adamo ante lapsum obrigerunt, eundem ad modum se habuisse, statuamus: praesertim cum Deus ob peculiare rationes in vetere ista Oeconomia, ministerio Moysi introducta, aliquo modo in obscuro & occulto voluerit habitare, haecque Oeconomia quadamtenus ad territandum fuerit comparata; aliis vero temporibus eadem hae Domini Gloria, sine obscurae nubis mentione, merissima in luce apparuerit, eos, quibus contingebat, περιλαμψεσθαι *circumfulgens*.

Meminiisse cum primis juvat Servatoris, in monte coram praesentibus discipulis transformati *Matth. XVII. 1-4*. Dominus gloriae, idem ille Elohim, qui olim e tenebris emicare, proluere, prodire, fecit mundum, cujus *vita & lux* fons & causa fuit *lucis & vitae hominum*, hic in monte conspicitur sine nubis obscuritate, in mera, mera, resurgens luce: *Splenduit facies ejus ut sol: vestimenta autem ejus facta sunt candida, ut lux*. Quid discipuli, *Petrus, Jacobus, Joannes*? an terrebantur fulgoris istius & Majestatis insolito

G 2

spe-

Secundum interpretationem eruditorum Anglorum *Schechinah* Adamum in Paradisum introduxit.

Species Servatoris in monte transformati rectius videtur in aliquam venire posse comparationem.

(11) Scriptura Sacra Veteris & Novi Testamenti, selectis commentationibus complurium Anglorum illustrata ad versum 15 Cap. II.

spectaculo, an consternabantur, an de fuga cogitare adigebantur; quod vigilibus, sepulcro Domini adpositis, evenisse legimus, Angeli, de cælo lapsi, splendorem conspicientibus? Nequaquam. *Domine*, inquit ad Jesum Petrus, *bonum est hic esse, si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, & Moysi unum, & Elie unum.* Cernimus ex hoc specimine, apparitionis modum, & Creatori Universi, Patri luminum, convenientem, & cultoribus ejus, Majestatem hanc conspicientibus, optabilem, delectabilem, perjurandum. Cujus fere speciei apparitiones fuisse, quæ Adamo in statu obvenerunt innocentia, facile inducimur ut credamus: etiamsi omnem earum modum definire nequeamus, nec splendoris, quo Creatori placuit humanam, tunc adsumtam a se, formam induere, gradum.

Interim modum omnem definire nequimus, nec splendoris, tunc placiti, gradum.

Observatio de nativa vi & collocatiōe Verborum ברא עשה & עשה.

§. XIII. In Contextibus, Gen. I. 26. 27. & V. 1. in quibus describitur creatio hominis ad Dei imaginem secundum similitudinem ejus, duo adhibentur Verba, ברא עשה & עשה. Thema ברא in origine notat *secare, succidere*: quæ primaria ejus virtus in sacro quoque prostat Codice, Ezech. XXIII. 47. Jos. XVII. 25. Hinc ascia, dolabra, *secando, succidendo, radendo, polive, exasciare, nitorem dare, nitidum, splendens, quidquam efficere*: qui usus sub ברו ברי, ברא in lingua Arabica passim obvii, quibus responderet cognatum Verbum Hebraicum ברה cum significatu *comedendi & eligendi*, ex isto *secandi, succidendi*, orto. Fabricatio ista, materiam asciano poliens & nitidans, nitidum & pulcrum opus elaborans, ad opus applicatum fuit creationis, quo divinum Numen totum hoc Universum, omnesque & singulas ejus partes, summa arte & ita paravit, ita quasi exasciavit, ita ad amissim exegit, ut nusquam ulla scabrities, concinnitudo, proportio, accurata ad præstitutos fines & usus conformatio & quædam quasi politura, appareat luceatque ubivis, ubivis consummatissimi Artificis infinita sollertia, peritia, potentia, resplendeat. *Luculentum sectionis ad nitorem asciantis, exasciantis, vesti-*

vestigium & documentum habes in בריא, *pinguis*, proprie *asciando nitidatus, nitidus*: inde *pinguis*, a *nitore*, quem pingua probeque saginata pecora præ se ferunt. Apud Phædrum lupus ad canem perpastum: *Unde sic quæso nites?* Habes in ברי *serenitas, serenus, nitidus*, cæli itatus Job. XXXVII. II. a Rad. ברי, in dialecto Hebræa ברה, themate sororio cum ברא. (12).

G 3

Alte-

(12) Obvia in Linguis sunt Verba, quæ a *sectione, fissionè, rasionè, complanante, levigante, poliente*, usum *viridi & splendendi* invenerunt. Ita γανος, *nitor, splendor*, item *lacrima; voluptas*, est a veterè themate γαω, veluti a cognato γεω processit γελω, forma productiore γελαω, *niteo, splendo*, inde *floreo*, & *video*, q. d. *virida sum facie, plane ut renideo*, & קרן apud Hebræos, *ridere*, proprie *renidere: renidens* os est apud Catullum. Vena, ex qua γαω, γεω, fluxerunt, est Verbum αγω, *finde*, unde αγαω, αγεω, analogice dimanarunt, dimissa principe litera, γαω, γεω. Conf. αγαλλω, *orno, insignio*, ex αγαω propagatum. Αγαλλω analogice dabat αγαλαος, per syncopen αγαλαος, *viridus, splendidus*. Fissio *complanans, levigans*, dedit notionem *nitoris, splendoris*, unde reliqui usus, qui sub γανος & γελαω comparent, haud difficulter expediuntur. A γελαω, vel γαλαω, per syncopen γλαω, dialecto Æolica γλαω, est γλαυσσω, *splendo, cerno*, q. d. *splendente oculo intueor: γλαφω, findendo, effinendo, sculpo*, cum politura nitente *insfindendo, effindendo, cavo*: quemadmodum ex themate veterè γλω exstitit γλωφω, item *scalpo, sculpo*; unde γλωφω, *incisura & crena sagittæ*: in qua *incisura primigenia virtus findendi, insfindendi*, se spectandam præbet. Norio *levigationis* cognoscitur in glaber, ex γλαφω formato: quemadmodum Germanicum glari ex γελαω γλαω, ex quo uti more dialecti Æolicæ processit γλαυσσω, ita æque procliviter procedere potuit γλασσω, γλαττω, *glasse, glatio*, ubi habes *glari, splendidus, folgidus*: item *lubricus*: porro *lavis, politus*: unde gletten, *polire, levigare, glette, levor, planities nitens*. Hoc primo loco a Cl. Wachtero in Gloss. L. Germanicæ poni debuerat, ut.

Alterum Verbum $\eta\omega\omega$ fecit, proprie operuit: metonymice operatus est, elaboravit, effecit, aliquid, q. d. incubuit corpore in rem, atque eam cooperuit, docente Cel. Schultens in Proverbia p. 511. Unde Vir summus rationem dat nominis $\eta\omega\omega$ Esau, q. d. opertum pilis.

Ubi $\eta\omega\omega$ adhibetur, adponitur sola vox $\omega\lambda\gamma$, ommissa voce altera $\eta\omega\omega$. Hæc e contrario non occurrit, nisi cum Verbo $\eta\omega\omega$ constructa.

Hæc collocatio, quia constans est & accurate observata, non, puto, contemnendum compositionis hujus, consilio
&

utpote ceterorum usum scaturigo, unde etiam *glatt*, glaber, *glatze*, calvitium. Agmen apud Wachserum claudit *glaz*, hilaris, qui hunc utum a *letus* per prosthesin, sed sine necessitate, arcessit: quum in complanata, ab omnibus asperitatibus liberata, & lavigata, planitie imago animi hilaris se ultro porrigat, & vocabulum *letus*, a *λειος* formatum, ex eadem complanationis & lavigationis fluxerit vena, & *γανος* ex eadem origine nitorem aque, ac latitiam, consignet, a *γαω*, unde & *γαδω*, forma productiore *γαδεω*, in dialectis *γιδεω*, & dialecto Æolica *γαυδεω* gaudeo, manavit. In *γαλλος*, gallus, castratus, habes *ffionem*, unde, iudice Cl. Wachtero, superat *Wallach*, spado. Alia antiqua vox *gall* notat splendorem: *Wassergall*, splendor pluvius: Vid. Wachterus in Glossario. Apud quem & invenies vocabulum Celticum *galb*, pinguis, quod ego conferendum putem cum *γλαφα*, unde *glaber* formatum, levi metathesi *galf*, *galb*, ex origine hæc levorem nitentem, in pinguibus animantibus conspicuum, consignans, plane ut $\eta\omega\omega$, in textu notatum. Ab antiquo *γαλαω* prostat *γαλνηη*, serenitas, tranquillitas, uti $\eta\omega\omega$ & $\eta\omega\omega$ pro $\eta\omega\omega$, quod itidem in textu productum: uti & *γαλα*, *γαλακς*, in Gen. *γαλακτος*, item *γαλαγος*, lac Gen. *lactis*, a candore id nominis adeptum. A *γελω*, *γλαω*, prostat *γληνη*, pupilla oculi, oculus, & *γληνος* stella, lumen, a nitore, splendore. Contrahere *γληνος*, ex origine *γλανος*, in unam syllabam, Germanis adamatam, prodit Germanicum *glans*, unde *glänzen*, uti ex *γλασσω*, *γλαστω*
glajt,

& de industria factæ, adfert indicium. Nostra explicatio hujus rationem aperit compositionis. Enuntiationem, *Deus creavit hominem, nitentem, lucentem, ad imaginem suam*, lingua Hebræa expressuro sufficere potest, si ponat: *Elohim* בָּרָא Adam *betzalmo*; non vero æque suffecerit, si pro בָּרָא alterum Verbum קָוַי adhibeat: siquidem in naturali hujus virtute non continetur significatus *Nitoris*, in בָּרָא demonstrati, quo in lucente *Nitore* טָוַר רָמַת, quæ additur voci צֶלֶם, *similitudinem* substantiæ, ad formam, tunc a Creatore assumptam, expressæ, sitam fuisse, demonstro. Hominis creationem

glast, item *nitor* splendor. *Glast*, *glest*, definiente *Wachtero*, omnis dicitur materia, quæ, igne colliquata, nitorem lavoremque fictilibus superinducit. Habet & *gleiffen*, *nitere*, *splendere*, *fulgere*, hic patriam suam, uti & *glinsieren*, a *glänzen* propagatum.

A *κνυω*, idem in origine valente, quod *κνυω*, *rado*, *scalpo*, *scabo*, formatum *κνυζω*, *seco*, *rado*, *devado*, fut. 2. *κνυδω*. Dislectus adhæc *Æolica*, quam cum maxime secuti sunt Latini, mutabat ζ in Δ. Hinc *nideo*, quod habes in composito *renideo*, idem valente, quod *nizeo*, inde idem formatum, d in ejusdem organi literam t conversa: valere jussa prima litera, a cujus cum alia litera, præterquam cum l & r, confociatione Latini in principio vocum suarum refugiebant. Qua via complures voces, in quibus princeps litera thematis Græci omissa est, in linguam Latinam venerunt; uti a *κνυζω*, *κνυδω*, *rado*, vocabulum *nudus*, plane ut Græcorum *ψυλος*, *nudus*, *glaber*, a *ψιω* *rado*, *radendo* extenuo, *glabro*, formatum, Germanicum *nake* a *κνυκος* *flavus*, *nirens*, proprie nitens rasilis colore, a *raftone* nitidante, quæ fere *flavum* inducit nitorem; concinit Germanicum *gel* a *γελω*, *γελαιω*. Dimissa prima litera, voceque bisyllaba in unam contracta syllabam, ex *κνυκος*, ejus primariæ notio in *radendo* sita, prodit *naks*, *nake*. Ex *κνυτω*, *Æol. dialecto κνυδω*, *nidor*, palam est processisse Latinum, *nidor*.

Verbum Germanicum *Scheinen* ex tribus fontibus potuit dimanasse. Primus fons est *ξέω*, *rado*, *dolo*, *dolando* *levigo*, *polio*. *ξέω*, *resoluta* & *transposita* duplici litera ζ, id quod in dialectis consuebat Græcorum, dabat

nem ad imaginem Dei una cum similitudine ista descripturus, Verbo עשה, si eo uti velit, ipsum vocabulum דמות ut adjungat, necesse habebit: Veluti quoque in oratione Numinis, ad creandum hominem ad imaginem suam, secundum similitudinem suam, progredientis, factum: ונעשה אדם בצלמנו כדמותנו, *Faciamus hominem cum imagine nostra, secundum similitudinem nostram*, ad exemplar scilicet tum *substantiæ* corporis, a Creatore adsumti, tum *qualitatis*, lucidæ putæ speciei, in adsumto Creatoris corpore radiantis.

Retinuit ex nostra explicatione Adamus post lapsum דמות, *substantiam corporis*, ad exemplar assumptæ a Creatore formæ corporeæ conformatam. Sed דמות, *similitudinem*, sibi

dabat σκω, forma productiore Græcis pertrita, ξεινω, σκεινω. Ex ξεινω proflat ξενος, peregrinus, cui id datum nominis; quod omni officii & humanitatis genere colerentur & quasi polirentur peregrini. Conspirat in origine vocabulum Germanicum Gass, a veteri themate γαω, idem in origine valente, quod ξαω, ξιω. Alter fons est ασκω, ασκειω, exerceo. Proprietatem servavit & exhibet ασκιο, ascendo paro, apto, nitido. Dimissa prima litera, σκειω, forma productiore, Græcis adamata, σκεινω. Tertius fons est Verbum γεινω, ex primigenia potestate sua explicatum, quæ est fundendo enitere facio: usu intransitivo, qui in γεινομαι comparet, eniteo. Si literam γ enuncias, veluti Gallis in more est, aut si sibilum præponis, prodit Scheinen. Quemadmodum hoc modo ex γρυτι formatum est scruta, ex γλαφο scalpo, & sculpo ex γλυφο. Complura sunt vocabula in lingua Germanica, in quorum originibus indagandis observatio hæc faciem debet præferre. Ex. gr. in vocabulo Stund, ex eodem fonte derivando, ex quo Latinorum glurus haustum: in schläpferig, glibberig, stik, slim, slei, piscis quidam glaber, lubricus, squamis carens, slam, cum γλυφο, γλια, γλισχρος, γλαμν, harumque vocum antiquis stirpibus, Scheben, unde gescheben, quod Wachterus non valde dextere a latino cadere arcessit, cum veteri themate γω, unde γεινω, γεινομαι, sum, fio, &c. &c. conferendis.

sibi & omni generi suo amisit. Videas nunc, quæso, quam cogitate, quamque adposite Scriptor facer, hoc postremum adnotaturus, Adamum scilicet genuisse filium, externa corporis specie & habitu prorsus similem sibi, nuditate videlicet eadem, quam ipse peccando contraxerat, conspicuum, quod postea pluribus demonstrabo, *commate primo præstruat primordiale corporis Adamici conditionem, Quo die, inquit, Elohim ברא אדם, creavit Adamum, proprie, exasciando quasi polivit, nitore conspicuum concinnavit Adamum בראתו אדם עשה עמה in similitudine Elohim fecit eum*: verbis huic explicite tradens, *qualis fuerit ille nitor, talis nimirum, quo gloriosi Creatoris sui in corpore suo repræsentabat speciem & similitudinem. Ut hac ratione historiam hanc legens de nuditatis, ab Adamo ad liberos propagatæ, origine, non a Deo, utpote qui nitentem, luce amictum, creaverit Adamum & secundum similitudinem suam fecerit eum, sed ab ipsius Adami culpæ profectæ, condeatur.*

Hæc observatio sententiam nostram, Adamo lucidum corpus tribuentem, eximie constabit, in verbis, a Spiritu Sancto adhibitis, eam demonstrans, præcipuamque hoc pacto objectionem, quæ ex silentio Historiæ peti poterat, rem tam singularem, siquidem vera esset, commemoraturæ, de medio removens. Estque creatio Adami cum nitente hac corporis specie, Gen. V. 1. verbis ברא אלהים אדם insinuata, cum altero membro, *in similitudine Elohim fecit eum*, ita conjuncta, ut hoc sententiam, proxime prægressam, explicet, & speciei hujus nitentis qualitatem atque exemplar demonstraret. Quod si prius de nitente corporis Adamici exponas specie, posterius aliorum non licebit trahere. Posse utique verba ista ברא אלהים אדם, ex vi, Verbo ברא insita, emphaticum hunc admittere & fundere sensum, *Elohim nitentem fabricavit Adamum, sive in Adamo nitens stetit & fabricavit opus*, non potest negari. Posse quidem, forsitan dice-

Hæc sententiam nostram, protoplastis lucidum corpus tribuentem, constabit, inque Verborum horum positu demonstrat.

tur, sed a posse ad esse non valere consequentiam. Respondemus:

1. Si verba, jam nunc producta, ferant istum, quem eis subjicio, emphaticum sensum: Ergo verum saltem erit, probari posse ex Historia sacra sententiam nostram, nec objici poterit, nusquam in sacro Codice eam comparere.

2. Quid, fodes, causæ est, cur *nitentem splendorem*, ex origine emergentem, in Verbo ברא heic loci refugias? An admissus sensum parit absurdum? an a natura subjecti, cui datur, & unde derivatur, alienum? an analogiæ fidei ad-versantem?

3. Fortassis Verbi ברא virtutem ad splendorem transfers animi: sed quo jure id, quod absolute ponitur, potius ad animum adplicas, quam ad corpus, præsertim in narratione historica, ea, quæ in sensus incurrunt, repræsentare consueta? Immo vero cur non ad totum refers Adamum, quod facit Historia, & nostra quoque explicatio, externam corporis lucem signum constituens spiritualis imaginis, in animo collucentis?

4. An recta præcipit aut permittit Hermeneutica, vim Verbi propriam & emphaticam neghgere, ubi nihil, quo minus locus ei detur, obstat? Quia immo nonne injungit hoc in casu, sensum prægnantem uberemque sensui, non æque diviti & sæcundo, anteponere? An

5. Fas erit, sensum talem repudiare, ubi aliæ historiæ partes eum requirunt omnino, eoque admissio Verborum collocationes, constructiones, phrasæ, jucunda, qua alias destitutæ manent, maçantur luce?

Conferantur, quæ deinceps in hac Commentatione de Nomine Creatoris *Elohim*, scenæ nostræ admirabiliter conveniente, deque iterata ejusdem repetitione, *Elohim ad imaginem, similitudinem, Elohim creavit, fecit, hominem*, dissero. Horum omnium explicatio nostra promit & enucleat vim & rationem, quam frustra in vulgari expositione quæsieris.

Ex

Ex iis, quæ hoc §. observo, patescit insuper, sententiam, qua Legislator Gen. IX. 6. Legem suam de homicida, vicissim occidendo, sancit, כִּי בְצַלֵּם אֱלֹהִים עָשָׂה אֶת הָאָדָם, Quoniam ad imaginem Elohim fecit (scilicet Elohim) hominem, seu potius, homines, nomine Adam, uti alias, collective sumto, secundum mentem nostram his, & non aliis, dictionibus, Verbo nimirum עָשָׂה & בְצַלֵּם, enunciari debuisse, cogitateque Verbis בְרָאָה & דָּמַת אֲבִינֵרִי: de quo in seqq.

§. XIV. Notabile item est, Historiam sacram de solius Adami ad imaginem Elohim, Creatoris sui, conformatione facere mentionem, nusquam vero id de muliere referre. Vid. Contextus Gen. I. & V. ubi consulto satis evitari cernis mulieris ad imaginem Conditoris creationem. Scribere sane potuerat Historicus Cap. I. ubi historiam creationis maris & femine in compendio representat, *Et Deus creavit Adamum & Mulierem ad imaginem suam secundum similitudinem suam*: Sed hoc declinat, creationem ad imaginem Elohim soli vindicans Adamo. Tum subjungit, Deum creavisse eos, marem & feminam, utens Verbo בְרָאָה, quod utrique, & mari & femine, nitentem a Creatore datam esse speciem; insita potestate sua insinuat. Eandem circumspeditionem cernis Gen. V. 1. Neque vola nec vestigium imaginis Dei occurrit in historia formatae ex Adamo mulieris Gen. II. Quæ ad utrosque pertinebant, Cap. Gen. I. simul de utrisque commemorantur, excepta solummodo facta ad imaginem Elohim creatione, quæ separatim Adamo attribuitur. Vulgaris expositio, quæ & Adamum & mulierem ex æquo ad imaginem Elohim conditos statuit, hujus ἀνεπιβεβαιωτης, sufficientem non poterit dare rationem: quam nostra, imaginem hanc & ad corpus Adami referens, secundum assumptam tunc a Creatore virilis corporis figuram conformatum, propagam in promptu habet.

§. XV. Est adhuc aliud, in minutiis & literulis quidem situm, sed quod eo minus negligendum puto; cum explicata-

Inde Verborum dilucet ratio, Gen. IX. 6. a Legislatore adhibitorum.

Solus Adamus ad imaginem Elohim dicitur creatus, nusquam mulier. Cujus instituti rationem habes, non in vulgata, sed sola nostra explicatione.

rum beth &
caph colloca-
tione, expli-
cationem
nostram
commen-
dante & illu-
strante.

plicationem nostram non parum commendet atque illustret. Dicit Elohim, ad creationem hominis perrecturus: *Faciamus, vel faciemus, hominem בְּצַלְמֵנוּ כְּדְמוּתֵנוּ betzalmenu cidmuthenu, cum imagine nostra secundum similitudinem nostram,* priori voci præponens præfixum *beth*, & posteriori præfixum *caph*. Quæ diversarum harum formularum ratio? Præfixo *beth* in *betzelem* adplicui peculiarem illum usum, quo adhibetur ad *interiorem rei naturam & conditionem* signatissime exprimendam: redi ad §. IV. Id potestatis appositiissime præfixo *beth* hac in sede datum. Etenim *tzelem* ex origine, supra indicata, suspensionem subijcere potuisset *obscuræ & imperfectæ*, inque primis tantum lineis deformatæ, imaginis Dei in homine. Huic cogitationi præcludendæ aptum plane erat præfixum *beth*, cum notato jam, peculiari, significato, vocabulo *tzelem* adjunctum, omnem & totam in *tzelem*, cui adponitur, Exemplaris sui factam esse expressionem, condocefaciens; ita ut homo *betzelem Elohim*, Creatoris sui, creatus, istam in partem, qua Exemplar suum exprimere atque effingere debebat, *naturam & conditionem imaginis* expleverit omnino, adeoque *ipsa esset & perfecta figuræ Prototypi & Exemplaris sui imago & representatio*: omnibus, Adamo corpus a Creatore datum esse staturæ adultæ omnibusque numeris & partibus consummatæ, consentibus; quod nos ad figuram corporis, a Creatore tunc adsumti, plane pleneque conformatum, putamus. Id quod una dictio *betzelem* significare poterat, & quoque ex sententia nostra significat. Unde lucet, non temere præfixo *beth* heic loci nos vim istam singularem & rariorem tribuere, quin immo *ad betzelem* hoc in Contextu requirere eam & deponere: sed quæ veritati consentanea comperitur solummodo in nostra, falsa autem est in vulgari imaginis Dei in primo homine explicatione.

Cum vero in דְּמוּתֵנוּ, *demuth, similitudine*, a Creatore cum homine communicata, non plena ista & omnimoda, sed aequalis tantum, obtinuerit similitudo; ita ut substantias

COR-

corporis hominis ad formam corpoream, a Creatore tunc adsumtam, perfecte quidem & plene adaptaretur, de eodemque etiam fulgore, quo forma corporea, a Creatore adsumta, radiabat, Adamo impertiretur, sed non in eodem fulgoris & magnificentiae gradu: patet, *præfixum beth*, *בֵּת* præpositum, non itidem debuisse adplicari vocabulo *דְּמוּת*, *similitudo*, in hoc autem *præfixo capb*, qualemcunque comparationem & convenientiam ferenti, aptam & congruam veritati obtigisse sedem.

Non me fugit, *דְּמוּת*, *demuth*, cum *beth* constructum occurere Gen. V. 1. quod, datam jam jam in medium, refellere videtur observationem. Necessum hinc erit, ut suffulciam eam & apparentem contradictionem expediám. Teneatur ergo

Contextus
Gen.V.1. qui
videtur ob-
stare, enoda-
tur.

1. Non adesse necessitatem, *præfixo beth* in *בְּדְמוּת*, *bidmuth*, Gen. V. 1. singularem istam vim, quæ Gen. I. 26. 27. ei data, adplicandi, idque eo minus, cum non idem sit Auctor, qui historiam hanc, in qua locus noster profert, & historiam creationis, *Cap. primo* traditam, consignavit: de quo postea. Jam nihil facilius, quam ut scriptores diversi diversis modis dicenda construunt, & *præfixis* alios aliosque significatus subjiciant. Quod ipsum quoque ad uno libri alicujus auctore confieri videmus. Quod si ergo Gen. V. 1. *præfixo beth* in *bidmuth* vulgatioꝝ suus sit relictus usus, cessat inter Contextus Gen. I. & V. pugna.

2. Auctorem historiae, quæ Cap. V. habetur, non ad verbum describere voluisse Contextum, Gen. I. 27. protantem, claret ex eo, quod pro *בְּרֵאשִׁית* utatur Verbo *עֶשְׂרִי*. Non duxit ergo religioni, in Contextu, quem in historia, Gen. I. memoriae prodita, reperiebat, quidquam immutare, & unum verbum alteri substituere. Idem manifestum est in hac ipsa voce *bidmuth*, quam loco *cidmuth* posuit. Nihil ergo obstat, quo minus & *præfixum beth* potestatem suam maxime usitatam hic exserere sineret, in qua *beth* munia *præfixi capb* poterat

terat induere, ut *bidmuth* plane idem insinuaret, quod *cidmuth* Gen. I.

3. Hæc possent sufficere, ad observationem a contradictione, quam Gen. V. 1. inferebat, liberandam. Interim videat mecum cordatus Lector, an non Scriptor historię, Gen. V. repræsentatæ, utramque vocabuli gemini formam, Gen. I. 26. expressam, *betzelem cidmuth*, in unam contrahere voluerit dictionem, deque hac contractione lectores admonere, præfixum *beth* ex *betzelem* voci alteri *demuth* loco *caph* jungens. Secundum quem ad spectum *bidmuth Elobim* explicari deberet per *betzelem cidmuth Elobim*. Hæc contractio eo facilius a Scriptore hujus historię potuit adhiberi, cum in historia creationis Gen. I. 27. in enunciatione, *betzelem Elobim bara otbo*, vocabulum *demuth*, præcedente commate *to tzelem* additum, itidem videret omissum. Habuit autem manifestam rationem, cur vocabulum *tzelem* prætermitteret potius quam *demuth*, comparaturus scilicet *demuth*, *externam corporis speciem*, quacum Adami primitus conditum fuerat corpus, cum *demuth similitudine externæ corporis speciei*, ab Adamo lapsa ad progeniem suam propagatæ. Qua in comparatione non debebat *tzelem*, *imago*, hanc enim Adamus retinuit, sed *demuth*, *similitudo*, præcipue & aperte poni.

Adhibitus
vs. 3. ordo
inversus non
tantum non
obstat, sed
observatio-
nem etiam
nostram,
quin univer-
sæ explica-
tionis cor-
pus, illustrat
illicebisque
induit.

§. XVI. At vero in novas, & impeditiores adhuc, incidimus salebras, in eodem hoc historico monumento vs. 3. legentes: Et vixerat Adam triginta & centum annos, & genuit *בְּרִמּוֹתוֹ כְּצִלְמוֹ*, *bidmutho, cetzalmo*, in similitudine sua secundum imaginem suam, & vocavit nomen ejus Scher. Hic in constructione præfixorum *beth* & *caph*, ordine videmus plane inverso, illud in historia creationis cum *tzelem*, & heic loci cum *demuth*, hoc in historia creationis cum *demuth*, & hac in sede cum *tzelem*, sociari. Quo non labefactari tantum, sed funditus etiam everti & tolli putabitur meam, paulo ante laudatam, observationem. Verum enim vero tantum abest, ut ea inverso hoc præfixorum positu concidat, ut efflorescat etiam, novamque inde lucem & inligne quoddam

hall.


nanciscatur robur: immo corpori explicationis nostræ de Dei in primo homine imagine & similitudine haud pudendam, nec, credo, ab illecebris destitutam, induat faciem.

דמוּת, *demuth*, est hoc in loco corporis Adamici qualitas, species, habitus externus, peccato adscitus, qui erat omnimoda totius corporis nuditas. Cum hac ipsa nuditate plena & perfecta generabat Adamus filium: quod *præfixum beth*, cum *demuth* constructum, significat. צֶלֶם, *tzelem*, vero, id est, corporis substantiam, ad exemplar formæ corporis, a Creatore adsumti, concinnatam, retinuit, *demuth* amittens, Adamus, & ad progeniem suam propagavit. Hæc cum corpore nascebatur, parentis gerente imaginem, sed perfectam nondum & completam, non omnem, non totam, in extensione, granditate, eminentia, in tenello ac pusillo corpusculo prima modo exhibens rudimenta & epitomen tantum paterni corporis, procedente tempore ad consummatam staturam, magnitudinem, perfectionem, educenda. Quod in hoc constructionis filo insinuatur, *præfixo caph* cum צֶלֶם, *tzelem*, copulato. Repræsentatur itaque totus geniti ab Adamo Schethi in oculos incurrens status, natura, conditio, in forma & habitu. Cum vero Adam perfectum, consummatum, adultum, a Creatore accepisset corpus, ad formam, assumti ab ipso, corporis in totum planeque concinnatum; de specie autem asumptæ a Creatore formæ corporeæ, fulgore scilicet & gloria, ἀποσπασµα tantum quoddam, aut portiuncula analogæ, communicaretur cum Adami corpore: patet, in historia creationis inverso ordine adhiberi debuisse formulas istas, atque Adamum *betzelem cidmuth* Elohim creatum esse, dici. Verum Gen. V. 3. *bidmuth*, in similitudine, primo loco ponitur: quoniam præcipue eam notare intendebat historiæ hujus Auctor, in oppositione ad *demuth*, a Creatore Adamo impertitæ, & v. 1. commemoratæ.

Tantum de constructionis *præfixorum beth & caph* cum *tzelem & demuth* ratione: quæ nostræ imaginis Dei in Adamo explicationi, in universum historiæ, id narrantis, contextum, omnes

omnes ejus dictiones & dictionum formas & constructiones, lucem inferenti, mirifice favet. Mera metaphysica, aque corpore abstracta penitus, vulgaris expositionis, quæ in scholis principatum obtinuit, consideratio in hisce, quæ minutula quidem videri possunt, a quibus tamen sæpe numero vera pendet Contextus totius intelligentia, explanandis, aut, credo, filebit omnino, aut quæsitæ fere, frigidiusculaque, certe non æque satisfaciencia, proferre comperietur. Ceterum Gen. V. 3. sententiam sacri Scriptoris, Et genuit (Adam) *vidmutho etzalmo*, de *speciei externæ similitudine, & substantialis formæ*, in oculos incurrentis, *convenientia*, explicari debere, in seqq. ostendam.

Antea quam ad indicia pergo, quæ & alibi in S. Scriptura pro sententia nostra reperiuntur, heic loci tanquam in parenthesi submoneo, quod supra explanari debuerat, sed cum ultro id & perse intelligatur, a nulloque non Sanctio Numinis Gen. IX. 6. hac cum limitatione explicetur, facile fuit prætermisissimum, in solum scilicet *voluntarium percussorem*, qui nimirum *consulto & de industria* homicidium facit, talionis statui pœnam. A qua ergo nemo non agnoscit exemptos esse, qui nec opinato præterque consilium & intentionem, casu & fortuito, ut ajunt, homini mortem adferunt. De quo eo dubitandum minus; quod in hujusmodi cæde Legislator, asyla in populo Israëlítico instituens, ipsemet interfectori prospexit: exemptum item esse, qui ab homine, ferrum aliudve letiferum instrumentum in promptu habente, invasus, invasorem, ubi vitam appeti suam, nec ullam periculum declinandi viam offerri, videns, vitæ a cæde, parata & imminente sibi, tuendæ causâ, prævenit atque occidit. Palam est, hunc adgressoris sui interfectorem, *moderamen inculpatae tutelæ* usurpantem, poni non posse in voluntariorum homicidarum numero, utpote ad vim vi repellendam coactum, nec cædem, si salvo se omittere eam potuisset, facturum. Huc referimus, propulsandæ aut avertendæ impendentis, cladem Reipublicæ illaturæ, noxæ causâ, suscepta, aut suscipiendæ, bella,



ADNEXA RESPONDENTIS.

I.
Bella secundum principia Juris naturalis licita esse, affirmo.

II.
Jam tempore antediluviano Bella obtinuisse, probabile est.

III.
Impius Cæinus eo jam tempore universalem molitus videtur Monarchiam; eamque in rem de Sethitarum cogitavisse subjectione.


IV.
Structores Turris Babelicæ non dissensus animorum, sed potens Dei manus, labia ac sermonem conspirantis in unum consilium multitudinis confundens, explosit, atque ad discessionem adegit.

V.
Antiochus Epiphanes, absolute suæ in Gentem Judæorum potestati obstare, credens diversitatem Religionis, id omni agebat modo, ut hanc funditus tolleret.

VI.
Imperiti malignique sunt censores, qui Bellum offensivum ex factæ adgressionis æstimant prioritate temporis,

X

VII.



VII.

Subjectis & submittentibus se pacem dare, regia æque
& heroïca est Virtus; ac superbos fortiter debellare.

VIII.

Primaria Ratio, cur tertia in S. S. Trinitate Per-
sona nominetur *Spiritus S.* non est opus sanctifica-
tionis, sed potius sanctitatis divinæ Naturæ pro-
pria essentialis communitas.

IX.

Quoniam Ratio mysterium S. S. Trinitatis non
comprehendit, attamen illud credere tenetur.

X.

Rationem, qui corruptam esse affirmat, cum eo non
est disputandum.

XI.


Justitia Dei vindicativa Deo est naturalis.


XII.

Nemo verus Theologus, nisi qui pius.









B.I.G.

Farbkarte #13

DISSERTATIO THEOLOGICA,
UNITATEM NATURÆ
HUMANÆ
EX GEN. IX. 6.

QUISQUIS
EFFUNDIT SANGUINEM HOMINIS,
DOMINEM SANGUIS ILLIUS EFFUNDITOR:
QUONIAM
MAGINEM SUAM HOMINEM FECIT DEUS,
DEMONSTRANS.

PARS PRIMA
QUAM

ONUENTE SUPREMO NUMINE,
ADEMICO AUDITORIO MAJORE
DIE I. AUGUSTI MDCCLXIII. H. S.
PUBLICÆ DEFENDENT

P R Æ S E S

ETRUS JANSSEN,
L. DOCT. EJUSDEMQUE ET HISTOR. ECCLES.
PROFESSOR PUBLICUS ORD.
ET RESPONDENS

ANDR. GODOFR. CHARLIER,
VESALIA CLIVENSIS.



TEUTOBURGI AD RHENUM,
S FRANCISC. ADOLPH. BENTHON,
ACAD. TYPOGR.